



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sapientissima Dei Mvndvm Regentis Gvbernatio; Ex qua
pendent, quæ vulgò in Casv, Fortvna, Fato, Esse Pvtantvr**

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1645

§. 1. Alia paterni amoris signa esse, in filijs sæculi, alia in filijs Dei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52314)

rectè, & iustè fecisse agnoscit; hinc non tantùm nullæ querelæ extiterunt; sed ad orationem ventum est; immo & ad laudes & ad gratiarum actionem. Qui enim cognitum habent, nihil sine Deo, contingere, omniâque, quæ à Deo veniunt, recta esse, Deum in rebus omnibus laudant. Hinc illud Psal. 118. est Dauidis: *Eructabunt labia mea hymnum: cum docueris me iustificationes tuas.* Quare, quisquis Casus aduersos, *Iustificationes Dei* esse credit, non solùm non fit impatiens, sed etiam orationibus, & hymnis gratias agendas arbitratur, atque inter ipsos fluctus, inter leones, inter ignes; in mari, in cæto, in lacu, in fornace accensa, cantat.

CAPUT VIII.

Casuum à Deo immissorum complures utilitates spirituales.

§. I.

Alia paterni amoris signa esse in filiis secularibus alia in filiis Dei.

2. Reg.
16. 10.



2. R g. 16.
10.

I, Domino maledicorum linguis, aut calumnijs impiorum vso, serui prohi vox est: *Quis est, qui audet at dicere, quare sic fecerit?* quantò magis filius excipiet læta mente, quod à patre a-

man-

mante proficiscitur? Et, vt excipiat, scire debet, hoc ipsum esse signum, quo agnosce- re potest, se esse vnum de numero filiorum, non si eum extollat, non si in folio collocet, non si ex eo Sardanapalum faciat; sed si in dura, & labores arduos eum mittat. Apud Poëtas, Phaëthon Solem sic alloquitur:

Phæbe pater, si das usum mihi nominis huius:

Nec falsa Clymene culpam sub imagine celat:

Pignora da genitor, per qua tua vera propago

Credar, & hunc animis errorē detrahe nostris.

Ouid.
lib. 2.
Metam.

Annuuit pater. at quid stolidus iuuenis, in signum petijt, vt filius esse Solis agnosce- tur? *currus petit ille paternos,*

Inq, diem, alipedum ius & moderamen equorū.

Penituit iurasse patrem,

Siquidem exitium suum petierat filius; neq; enim ad mortalem pertinebat, quod petie- rat. Nemo est, qui non optaret scire, num filius Dei, & Christi cohæres sit? Stulti pro signo habent, si curru aurato, si sceptris, si coronis, si dignitatibus possint fulgere. At regnum Christi non est de hoc mundo; & a- ctum esset de pauperibus, si nemo Dei filius esset, nisi diues, nisi splendidus, nisi opu- lentus. Igitur aliud signum est, quod vel ex ipso naturali Dei Filio Christo potest cog- nosci

Matth.
24. 30.

nosci. Neque enim est seruus supra Domi-
num, aut Filio naturali Dei, filius adopti-
uus debet velle delicatius tractari. *Signum*
Filiy hominis & Filij Dei ipse Dei Filius cruce-
cem nuncupauit.

§. II.

Deum filios suos flagellis probare.

Apoc. 2.
8.

Tempore Ioannis Euangelistę, Episcopus
Smyrnensis, vir magnę Sanctitatis graui-
bus procellis quatiebatur. Vocauit igitur
Ioannem Christus & dixit: *Angelo Smyrna*
Ecclesie scribe: Hęc dicit primus & nouissimus,
qui fuit mortuus & viuit. Scio tribulationem
tuam, & paupertatem tuã, sed diues es, &c:
cur? quia si fueris fidelis usq; ad mortem, dabo
tibi coronam vite. Spe ergo diues erat, quia
futurus Christi cohæres. Sed ecce, quo mo-
do ad hanc eum spem inducit: nõ se regem
regum appellat, sed eum, *qui fuit mortuus*
& viuit, quasi diceret: ego, quamuis Filius
Dei verus, tamen morte crucis acerbissimę
& ignominiã plenã damnatus fui: vnde in-
telligere potes, pati grauia, non esse à Fi-
lij Dei alienum. Et quid mirum, si Chri-
stianum esse dicimus, quod veteres etiam
Spartanũ esse crediderunt? Spartani enim
vt filios suos probarent, innocentes ad ar-
addu